Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tudo eius siue ἡ κύριωτες. ut postea ipse
interpretatus est. id est dominatio. pro quo nos
uertimus aspectus eius idem contemptores
hystorie calumpniantur. quod nequaquam domi
natio nabuchodonosor orbem terrarum posse
derit. Neque enim grecis et barbaris cunctisque
septentrionis et occidentis nationibus impera
uit. sed tantum [illegible] orientis prouincias tenuit
id est. asiam. non [illegible] feris europam. et lybiam. Ex
quo intellegi [illegible] uolunt cuncta ad diabo
lum referenda esse. cum hec omnia nos yper
bolice dicta debeamus accipere. ob superbiam
regis impii. qui tantum gloriatur in asia.
ut celum tenere se iactet. et orbem terrarum
quasi nidum et oua uolucrum. Et ecce
uigil et sanctus de celo descendit. Pro uigili theo
dotion ipsum chaldaicum uerbum posuit.
hyr. quod per tres litteras ain iotu res
scribitur. Significat autem angelos quod semper
uigilent. et ad dei imperium sint parati.
Unde et nos crebris pernoctationibus imitamur
angelorum officia. Et domino dicitur. Non dormitabit